

17
LAVENTII COSTAE

EPISTOLA

AD

DIDACVM VITRIOLIVM

V. C.

ITALICIS VERSIBVS REDDIDIT

PHILIPPVS POGGIUS

accedunt epigrammata graeca Stephani Grossi;
et latina Philippi Poggii



G.S. 33 / 17

Στεφάνου Γρόσσου

Πρὸς Δίδακον Βιτριόλιον
Περὶ τῆς Δικηρευτικοῦ Κοστοῦ Επιστολῆς ἔμμετρου

Διστιχον

Βιτριόλιος Ξύριαν μὲν ἔσειδε · σὺ Δίδακ· ἔγραψας ·
Κοστος γράμμι· ἔγραψεν · Πέρσιος ἥδε χέρι.

τοῦ αὐτῶν περὶ τῆς αὐτῆς

Βιτριόλιος Ξύριαν μὲν ἔσειδε · σὺ Δίδακ· ἔγραψας ·
Κοστος τόνδε γράψει · Πέρσιος ἥδε, λόγον.

Philippi Poggii

Ex graeco Stephanii Grossii

De Epistola Laurentii Costae

Ad Didacum Vitriolum

Distichon

Nempe Maro Xiphiam cecinit, tu Didace pauxsti.
At Costae rexit Persius ipse manus.

Eiusdem de eadem

Nempe Maro Xiphiam cecinit, tu Didace pauxsti.
Dictavit Costae Persius ipse melos.

LAVRENTIVS COSTA

DIDACO VITRIOLIO

V. C.

Εὐπρόττειν.

Philippi Poggii
In Laurentium Costam
Distichon

Vera quidem narro, manes ignoscite Persi:
Est alius partus Persius Ausoniae.

Στεφάγου Γρόσσου

Εἰς Λαυρέντιον Κόστην
Ἐκ τοῦ Φιλίππου Παγίου Ρωμαϊκῶν

Δίστιχον

Ναὶ μὰ Δία, Φλάκκου φείδεσθ' ὁ δάιμονες Αυλοῦ,
Γίγνεται ἀλλος νῦν Πλέσιος Εσπερίη.

Vt bene turdorum qui sumen, et ostrea, magnae
Accitus regum mensae, coenaverit, ille
Nec thyrum caulis, nec amarum caepe recuset;
Sic tu Virgilii quodcumque meracius alti
Dat penus, incocito sapiens libare palato,
Didace, romanam capesis redolentia faecem.
Non tibi in obscuro desterruit Hellada quantum
Nostra et rancidulum pubes barbata Quirinum;
Namque dapes inter marcentis et otia fumi,
Aut crepat invisum Anglo foedus mercuriali,
Et nimis Allobrogum spem macram, sospite Rheno,
Aut, quaestus animam, pernici fossile cantho
Indit, et omne latus contracti discutit orbis.
O mera paupertas, quia nil calet intus aviti,
Iliademque sacram mutamus, et *arma, virumque*
Chartarum stloppo, et blandi tinnitibus auri.
Saepe dolor capitis praesto fuit, ac mala tussis,

Discere cum nollem furiatae carmen Elisae,
Italicove puer calamo delumbe referre:
Tunc me ridendis tenuit gens lignea sannis,
Atque lacernati rauco de gutture verna
Vox pugnis admixta genas pulsantibus atras,
Et resonam pupae compagem versicoloris.
Ast si de nugis libuit fortasse diurnis
Demere particulam, corvo quod rarius albo;
Tune volupe Errantum clamoris hirta duellis
Pagina, vocales afflatu daemonis umbrae,
Immanisque Gigas, et rostro equus ales adunco;
Nempe videbatur scriptorum classicus ordo
Mucida farrago, rapidis tradendaque flammis,
Centeno ut niteat lychnucho phasma papyri.
Ut comites cessere ioci, bullisque peremptis,
Appositi melius tulerunt mihi sinciput anni,
Quidquid inest falsi, medica purgatus oliva
Palladis, expuere, et Latium gustare meracum
Incipio; bibulas intrat iucundior aures
Sermo togae, strepitique mari distenta poësis
Exagitat fibras; iam plurima grammaticorum
Dogmata callebam, iam pollice lexicon udo
Versabam, sociis palmam rapturus ephebis.
Heroas casus, et miscellanea quaeque
Dicere conatus, tramam praeunte magistro,
Effluerem quamvis iuveniliter, ac lutulent
Carminis inflarem musaeis follibus utrem,
Nosse tamen poteram pulchrique, bonique salivam,
Perficiendus homo. Sed non sudaverit exspes

Quincuncem vates, nec honestae vocula famae
Detritum pluteum, morsosque rependerit unguis.
Quid faceres? Adeo mihi de pulmone Perilem
Radit, et Augustum sublatae iniuria laudis,
Cogar ut extemplo graiam dare bibliothecam
Muribus, et Romae divina volumina matris.
Sed velut insanis qui flagris usque luparum
Incitus, uxori miserabile succinat *exi*,
Inde suam thalamo nequicquam ploret ademptam,
Dimidio putris, et modicum numerante crumena;
Me movet haud aliter veterum facundia casto
Sanguine deductum liguri per mille palustres
Italiae nebulas, et crassum hoc rudere nostrum.
Ergo animus primae rapuit me cara iuventae
Ad studia, et parvo luctari pectine iussit,
Grandior ille meus quae conterraneus ore
Librat in artifici, seu nos cognata fideles
Devineat natura loci, seu vestiat audax
Gratia versiculos, palpumque obtrudat hianti.
Fallimur: an renuas? ut fulvam saepe farinam
Qui soleat dulci praeferre siliginis offae.
Non eadem sapimus, curis nec vivimus isdem
Scilicet hic omnes; sunt quos delectet acuta
Dicendi brevitas, densumque enigma, sub acri
Cortice verborum si spes non vana medullae;
Sunt quibus eloquii placeat decor, et fluitanti
Cum numero quaedam vitreae sententia formae.
Ecce salutatum Musas, Geniumque latinum
Vadimus alterni, sed me vix calceus albo

Pulvere deformis, nec non pannucia laena
Exiguo sinit esse gradu; tu sericus, atque
Regali haud impar comiti, pede tutus in aulam
Ingrederis, summosque viros accumbis amice,
Secula magnanimi quos iam genuere Leonis.
Et cur non? *Xiphias*, rhenano judice, longum
Nuper ad examen revocata poemata vicit,
Iamque novam Patriae sentis ramalibus ultro
Inseruit laurum: nec tu modo tendere plectrum
Doctus apollineum, et grandes audere figuras,
Quin resonas multum rostratis illita caussis
Verba vafer, Suadaeque duos temone sub uno
Deducis Calabrum per pascua laeta iugales.
Felix quem nitide scribendi decoquit ardor,
Et magis atque magis felix cui praevalidum cor
Imbuit alma Fides! De munere Pontificatus
Egregie meritus tandem laudabere nigras
Ultra sandapilas, et quum vetus in scrobe fartum
Ipsemet infodiar, calcii facturus arenam,
Si videat sanos aetas longinqua nepotes,
Ibis in ora virum tardari nescius urna.

Ad kal. Maias an. MDCCCLVI.

LORENZO COSTA IL VITRIOL SALUTA

Qual chi a mense da re pasto di opimi
Tordi e marini datteri, non sdegni
Acri cipolle o gambi di verzotto;
Tal, Diego, a te pieno la lingua e il petto
De' più sinceri virgiliani succhi,
Non sia grave assaggiar questa vivanda,
Che odora e sente di romana fece.
Sai che i nostri barbuti damigelli
Smaltirono russando Atene e Roma,
Vieta merce per essi, e tra pacchiali
E mesfite di sigari fumanti,
Quegli rimesta la fermata pace,
Disutile al venale Anglo e per noi
Brulla, scorrendo inviolato il Reno:
Questi informando il fossile a' volanti,
Anima del commercio, igniti carri,
Fruga quant' è compendiato il globo.

Miserabili inver! chè non ci scalda
Pur favilluzza del valore antico,
E mutiamo i pöemi onde s'eterna
L'ira d'Achille e la pietà d'Enea,
Con polizze di cambio e suon di scudi.
Quando io fanciullo nè imparar volea,
Nè far toscani in dilombato stile
I lamenti di Elisa forsennata,
Mentii sovente capogirli e tosse.
Mi piace un tèatrin di legno
Beffarda scena, e mantellato zanni
Isghignazzando dalla rauca piva,
Soppestare a vicenda il grugno nero.
E la pancia sonora al fantoccino
Variodipinto. E se talor furava,
Caso più raro che d'un corvo bianco,
Alcun picciolo tempo a que' diletti,
Eran mia voluttade irti romanzi
Di Adamastorri, d'ippogrifi, e orrende
Per demoni maliardi ombre vocali:
Chè il fior de' libri dove il bel si coglie
Delle cose gentili, esser mi parve
La più muffata ed ispregevol carta
Da scaldar caminetti, e contemplarvi
» Le monachine quando vanno a letto »
Tosto ch'io presi a schifo i geniali
Scherzi e, dismesso il gonnellin, recommi
La sovrapposta età senno migliore,
Tua gran mercè santo liquor palladio,

Io d'ogni falso abbominai l'innesto,
Ed attinsi alle pure acque latine.
Cupidamente per gli orecchi beo
L'eloquio mäestoso de' togati,
E la diva de' carmi imperadrice
Con la maschia armonia de' suoi concenti
Mi titilla ogni fibra. Già comprendo
Della prim' arte dommi assai, quaderno
Col pollice umettato di saliva
E Reggia e Calepin fermo di torre
Il vanto ambito agli emoli consorti.
Sforzandomi a cantar, duce il mäestro,
D'eroi venture e ogni ragion di temi,
Sebben sgorgassi lutulento un fiume
Di vaporose ampolle e l'otro empiessi
Del vento tratto a' mantachi di Pindo,
Pur del buono e del bello avea sentore,
Uomo col tempo. Ma pöeta raso
D'ogni speranza per sudar non compra
Spanna di sodo, e un po' di bella fama
Non gli compensa il logorato lembo
Dello scrittoio e l'ugne morse al vivo.
Arestù fatto? La contesa laude
Si mi svelle dal cor Pericle, Augusto,
Che, senza più, lascio in balia de' sorci
Quanti fogli vergär l'attiche muse,
E i sacri ingegni della madre Roma.
Pur, come quegli che slëal marito
Pesto alle ferse di baldracche infami,

Canta alla sposa un miserando *via*,
Poi del ripudio si contrista e piagne
Infradicciato, e smilzo la scarsella;
Me similmente la facondia antica,
Tutto commove, me sceso di casto
Ligure sangue, nutricato a mezzo
Le nebbie che offuscâr l' Italo cielo,
E de' moderni fra l' osceno raglio.
Quindi l' amor che mi conforta a' cari
Studi miei giovanili, e vuol che sposi
Ad umil plettro i suoni di quel Grande
Che spesso là dove il mio mar s' ingolfa
L' acre bile isfogò: sia che fedeli
Ne vinea il suol della materna Luni,
O ch' egli d' artefizio specioso
Informi il verso, e me cupido incanti.
M' inganno, non ti par? Simile in questo
Chi suol preporre la polenta al farro.
Ma non tutti sentiam d' un modo, e solo
Non ci regge un disegno anima e lingua.
La cruda brevità ride a taluno
E il buio enimma, se sotto la scorza
Aspra de' modi non si speri indarno
Dolcezza ritrovar di buon midollo.
Altri s'abbella in grazioso dire,
E in onda d' armonia la sua sentenza
Nuota e traspar, come festuca in vetro.
Ecco, a vicenda salutiam cantando,
Le Muse e il tutelar Genio Latino.

Io scinto il destro pie', calzato il manco
Di socco polveroso, e la persona
Mal ricoperto d' un ragnato cencio
Sosto in basso. Tu luccichi di vago
Serico manto, e ad alto uomo di Corte
Poco diverso con sicuro passo
Entri le sale, e amicamente siedi
Fra la dotta famiglia a cui die' il nome
Del decimo Leon l' età famosa.
E perchè no? Le note ove dipingi
Lo Spada in mezzo la scillaea marina
Morto al calabro ferro e poi squartato,
Vinser, giudice il Reno, i carmi altri
Cibrati a lungo, e conquistâr la palma
Onde intrecciasti un verde ramo al serto
Che Italia porta inaridito in fronte.
Nè sola tempri l' apollinea cetra
E di superbe fantasie grandeggi,
Ma dall' arco del dir scocchi lo strale
Col nerbo che s' udia tonar da' rostri;
E, d' Eloquenza i due cavalli aggiunti
A solo un temo, i calabresi scorrî
Amenissimi paschi. Oh te felice!
Cui riarde il desio del ben comporre
E scrivendo l' adempi. Oh veramente
Beato! chè t' avviva e ingagliardisce
La santa Fè degli avi nostri il petto
Intemerato. Encomiator sovrano
Del Sommo Sacerdozio ah tu vivrai

Ben oltre il rogo. E allor che questi membri
Vecchio carcane ingoierà la fossa
Fatto rena alla calce, ove più saggi
Lontanissima età vegga i nepoti,
Di labbro in labbro volerai tu sempre
Vincitor del sepolcro, e dell' obbligo.

A calen di Maggio 1856.



GENVÆ
EX OFFICINA LIBRARIA ARCHIEP.
AN. MDCCCLVI.



ENTE NAZIONALE PER FORNITURE SCOLASTICHE S. A.
13 Via Curtatone - MILANO (14) - Via Curtatone 13

G. Stefano Fratto
2
De Leone Pattiuc Marimo